

Georg Schede

**Iusta Exequialia In obitum, insperatum, ac verè luctuosum Reverendissimi, Serenissimi, Celsissimiq[ue] Principis Ac Dn. Dn. Hulderici Norvegiae Haeredis; Episcopatus Sverinensis Administratoris; Slesvici, Holsatiae, Stormariae ac Ditmariae Ducis ... Sepulturae demendatum est Anno Christiano IC XXIV. ... Threnòdes ex debito lamentabar M. Georgius Schedius, Glauchavia-Mysus Scholae p. t. Butzoviensis Rector**

Rostochii: Rostochii: Typis Haeredum Richelianorum, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728229633>

Druck Freier  Zugang



Schelle, Georg,  
*Trita exspiralis*  
1624.

9

3703



Gebunden bei  
**R. Fuchs**  
Hof- u. Universitäts-  
Buchbinder

69-3703

401











250 xx 359 136  
JUSTA EXEQVIALIA *Woy*

In obitum, insperatum, ac verè luctuosum *Markt II*

REVERENDISSIMI, SERENISSI-  
MI, CELSISSIMI, PRINCIPIS AC

DN. DN. *190/33*

HULDERICI

Norvegiæ Hæredis; Episcopatus

Sverinensis Administratoris; Slesvici, Holsatiæ,

Stormariæ ac Ditmaræ Ducis; Oldenburgi & Del-  
menhorstii Comitis. &c. Principis, DN. &

Evergetæ mei, dum viveret, Clemen-  
tissimi.

*Cujus in seriâ peccatorum confessione, vera CHRISTI  
agnitione, invocatione, constantiâ & fide RHINÆ pridie  
Paschatû, 27. Martij. piè & placidè denati  
Mal.*

Corpus, iogentis animæ hospitium 24: BUTZOV

In celeberrimâ & frequentissimâ SERENIS-  
SIMORUM & ILLUSTRISSIMO-

RU M PRINCIPUM, LEGATORUM ac NO-  
BILIUM coronâ

Sepulcuræ demandatum est ANNO CHRISTIANO

∞ 100 XXIV.

Cùm complevisset ferme trimestre ultra quinq; Novennia,

Threnòdes ex debito lamentabar

M. GEORGIUS SCHEDIUS, Glauchavia-Mytus  
Scholæ p. t. Butzoviensis Rector.

Rostochij, Typis Hæredum Richelianorum. Anno 1624. *A*



EPIGRAMMA DEDICATORIUM

AD

*Invidiosissimum, Sereniss. ac Potentiss. Principem ac*  
DM. DM.

CHRISTIANUM IV.

Daniæ, Norvegiæ, Gottorum & Vandalorum

REGEM; Slesvici, Holsatiæ, Stormariæ & Ditmar-  
riæ Ducem; Oldenburgi ac Delmenhorstii

Comitem,

*Reverendiss. ac Sereniss. Principis ac Dn.*

DN. HULDERICI.

&c. p. m. FRATRIS desideratissimi obitum præma-  
turum piè lugentem, REGEM ac DM. suum  
clementissimum.

**P**rehende *REX invictè*, sed facili manu,

Percurre vultu sed benigno, pollice

Tremente quas movens Thalia barbiti

Fides canoræ lugubres dat Nævias

Piiq; FRATRIS fata desinet *Principis*.

IEHOVA, corde quicquid hæret altius.

Fixum doloris, FLAMINIS firmissimo.

Sedet *Sacrati* & leniat *solamine*.

Dicen *Moyssis*, lenitatem *Davidis*

Zelum Phinei, robur stupendum Simsonis,

Davidiadæ Sapientiam & potentiam,

Consilia bona, sanctasq; mentes suggerat,

Ut legibus modereris æquis subditos,

Et hi bonis parère discant legibus

Prehende *REX invictè*, sed facili manu,

Percurre vultu sed benigno, lugubri

TIBI quas Chely sacrat Thalia Nævias?

*humillimò persor.*

*ab autore M. G. S.*



1933. XIV. 20





# JUSTA EXEQUIALIA

In obitum pium & placidum,

Reverendissimi, Serenissimi Celsissimiq; PRIN-  
CIPIS ac Dn. Dn:

## H U L D E R I C I,

Hæredis Norvegiæ. &c.

### Strophe I.



Ullam, Thalia! induta pullam,

Nigræq; frontem fronde Cupressi decoram

Revinctâ, plectrum sume, barbitog; pange lessum

Tristè canorâ. Homini-voræ jugum DEÆ subivit, eheuq;

Insignis Heros, Regij, quâ DANA tellus eminet,

Dùm viveret, pralustre Germen Sangvinis,

Et nobilis Pyropus, HULDERICI

Charis cui mellilla nomen indidit, favor

In Subditosq; blandulus.

### Antistrophe I.

Curfus Pater Varnus retortis

Requiescat undis, in caputq; eas retrorsum

Refugas agat! Silescat Eurus, fluctuum Imperator,

Cesset Salum Boreas procellis creber atq; Continentem

Perflare cæco turbine! Eheu! Principis pijssimi

Fatale damnum condolere impensius,

Quod destinatis cultui Jehovæ

Fanis, Ephebeiq; inopinâ dedit nece,

Verè est amoris res pij.

Epo-





## Epodos I.

*Si Statuminum, Fulciminumve res*

*Christiana à condito inde, immò recondito Orbe*

*Uspiam visa indigere; Seculi vel maxime*

*Facutini scavitatis hujusce & infelicitas eget.*

*Nam jugulum jam petitur Religionis, Stygij Latronis*

*Eraude. Tui, servus Iber, CHRISTE! populi cruorem.*

*Nos, striens, petit agmine factò.*

*In pesusq; ruunt subito omnia,*

*Casa & lapsa gravi retrò feruntur.*

## Strophe II.

*Justi sed immotà Jehovah*

*Est lege cautum, ut infimorum, maximorum,*

*Regumq; Pauperumq; funera mista desleantur.*

*Cum pallida egro pulsaret pede mortua pauperum tabernac.*

*Regumq; turres; non probatis moribus, non gloriae.*

*Non floride parcat Juventa; fortibus.*

*Adequet imbelles; Duces popello;*

*Canos puellis, nupèr in lucem editis, viros;*

*Pavido omnium fortissimum.*

## Antistrophe II.

*Ut celi ab arce inprofluentem*

*Delapsus imber excitat bullas sonorus*

*Brevioris ævi, & dispares; defecta enim repenti*

*Hac viribus decrevit, & vix nata rumpitur; sed illa.*

*Inflata paulò permanet diutiùs, sed rumpitur*

*Duplosi tandem Hujusce sic vite fretò*

*Alios sub auras luminis videmus*

*Vix prodeuntes; contra eos paulò diutiùs*

*Superstites submergier;*

## Epodos II.

*Aut fremente sicut Euri flamine*

*Arbor amittit comam, sylva exuritq; honorem;*

*Vere verò pullulans repente mox regignitur;*

Ess



Esse scinit æternum JOVA vult sub Soli orbita.  
Interita letifera hunc Mortis hiems obruit, at sub auras  
Nascitur hic ætherias, mancipium futurus.

Puridulum sabro Libitinae.  
Sic gratis vicibus DEUS omnia,  
Quæ sunt, disposuit triformi in orbe.

### Strophe III.

Hæc lege quondam ab Architecto  
Cato hoc eras in dædalum mundi theatrum  
Protæpiæ prælustre Germæ DANICÆ, HULDERICE,  
Nitidissimum Poliq; Sidus Teutoni Locatus, Atlas  
Ut fecibus secli novellus rãncidi succurreres,  
Opemq; rebus masule languentibus  
Ferres tuæ decora Palma Gentis,  
Et lance jus æq; à sumis cuiq; dideres  
Tâm diviti quàm pauperi.

### Antistrophe III.

Hic, sive me à dives catervâ:  
Quâ Varnus, inter atq; nominis fluentia  
Non ultimi, irrigat, virecta, pingvia, atq; culta,  
Et lenè ripas alluit. Quia muneri, tibi supremo  
A Rege Regum delegato, Cæsatumq; Cæsare  
Sic præeras, tue hinc, ut eminentie,  
Ad quam DEUS te evexit, atq; Scirpis  
Sublimicas, decederet, minor quodammo  
Potisset & censier.

### Epodos III.

Subdolas sed ô! inanes, labiles:  
Spes hominùm! sæpè quàm franguntur, ac in ipso  
Limine obruuntur, atq; corruunt, portum prius-  
Intuere quam queant! heu Fors viris iniqua fortibus!  
Ut placidam floridâ non scepra tenent perpetuò quietem!  
Imperij nescia Mars salce secat recurva,



*Aetheriam quicquid trahit auram.*  
*Vivere non dignos vitâ beat,*  
*Dignos ante diem die supremo.*

### Strophè IV.

*Amabili sub namq; cuius*  
*Umbraculo diutiùs gratâ quiete*  
*Ufus Colonus, Arbor à summo jacet Jehovâ*  
*Succisa. Pollicerier qui dexterâ securitatem*  
*Adversus hostium minas Evangell, & crudelia*  
*Facta, hisce quæ tum ocellulis perspeximus,*  
*Tum, quæ indies audimus expatrari,*  
*Ceu Sole langvet herba marcens torrido, ilicet*  
*Elanguit DUX Inclitus,*

### Antistrophe IV.

*DUX ille, DUX noster sacratio*  
*Quondam comas oliyo inunctus, nempè Flatus*  
*Donis superni, spargeretur cum Sacro lavacro,*  
*In asperis Spes nostrarebus, à Jehovâ si recedas,*  
*Statumen, arx, tutela, robur, atq; propugnaculum.*  
*Lucem reliquit. stante quo Sors fulminans*  
*Et astuosa in nos nihil valebat;*  
*Perinde pullis sed sub ala tegmine omnibus*  
*Nobis licebat vivere.*

### Epodos IV.

*Heu diem fusco notandam calculo*  
*Quæ halitum DUCI abstulit vitæ pio supremum!*  
*Annus est, & lustra quatuor, PATER cum Patriæ*  
*HULDERICUS (siv à JESU) auctu & indulto boni DEI*  
*Primitus Indopperij frana petens attoniti ciere*  
*Laticiam in pectoribus non modicam popelli.*  
*Quotus quisq; enim erat, Corydonas*  
*Spertes. seu Cives, sibi qui à DUCE*  
*Bono non bona quæq; polliceri,*

Stro-



## Strophe V.

Illo à DUCE, aurâ qui favoris  
Præstataminare languidas benignâ  
Mentes Clientum; re juvare sedibus paternis  
Pulsos, tuig; nominis pro honore per pagos & urbes.  
O Christe! passim divagantes; Cujus ex ocellulis  
Insignis elucere Pietas, ac amor-  
-Non fictus erga cælici verenda  
Oracla Numinis, sui quod ipse protulit  
E corde Filius Patris?

## Antistrophe V.

Nobis sed, eheu! quantum Heros  
Fuit illicet, tanti capax boni popellus  
Si sat fuisset! Pectus hinc quò gaudio fremebat  
Pregnantiore, & intus æstuans saliebat in recessu  
Latumia carnalis, ob munus, nobis quod obtigit  
Divinitus, per quam hocce rarum ut seculo,  
Apprimè sic charum: hoc acutior.  
Inopina Cordati DUCIS jam fata cordium in  
Fibris relinquunt spicula.

## Epodos v.

Quo suat fato proinde nescio,  
Ut magis sint inclitum plerumq; luctuose  
Non opinata virum mortes, sinuq; cordium  
Sveverint in septuose spicula acutiora lingvere,  
Occidua quam tremulo quæ properant ire gradu in senectâ.  
Hinc merito non modici signa damus doloris  
Dulces lacrymulas, habituq;  
Lugubri sumpto inferias damus  
Ducis Manibus optimi, Patrisq;

## Strophe VI.

DUCI ergo quantum debeamus  
Nostro, Bonæ cui obtigit Spei subire  
Caput, adeo non serimus obscure amplius, sed ipsum

Sere-



Serenitati REGIÆ, MATRI inclitæ, totiq; Stirpi,  
Sororibusq; Regijs, impuberiq; Præsuli,  
*Tam, si Ducis quas fata pungunt acrius,*  
*Dolorem aperte prodimus; nec æquum*  
Nos facere fecius. Capite dolente sed pium  
Nos condolere jugiter.

### Antistrophe VI.

Atqui Caput non præpeditum  
Dolore nostrum (& ô levâ saltem doloris  
Morsum velit sentire, forsân spes reoccupandi  
Vires daretur pristinas!) leviusculo; sed, heu! revulsam  
Cervice languiduli impotentiam arguit corpusculi!  
Nos, nos, reses quod absq; capite truncus est,  
Verè sumus. Perindè destituta  
Oves Magistro, vivimus, per tesqva devia  
Inambulantes horrida!

### Epodos VI.

Quis tepentes lacrymarum rivulos  
Suggeret? quis copiam lymphæ dabit liquentis,  
Dura quò Ducis-Patris desistere fata perditis  
Sat queamus, atq; pernòx, cui Themis quando parem sacra  
Et Pietas intemerata invenient; Cum pueris puellæ  
Et Juvenes atq; Senes scriniolo relatam  
Pectoris ingeminate profundo  
Iesum! lacrymulis fiet haud modus!  
Neniâ melos integrate tristi!

### Strophe VII.

Cives, Coloni, quot quot estis  
In Urbium palatijs, mapalijsvè,  
Tàm divites, quàm pauperes; cum grandibus minores  
Natu, mali dirâ ligati mole arenâ in sicciore  
Herete strati, altumq; plectro lingua silentium  
Digito labris tenete pressis! squalidis

Lumbos



Lumbos amici vestibus, minutis

Pulvisculis caput inqumate! vulnus, altius

Id menti adactum, postulat,

### Antistrophe VII.

In morte amici charioris

Impensius quis non fleat sollicitiore

Pectusclo? & ipsum humanitatis sanctius videtur

Ius imperare, contubernio homullatum deslere ademptos.

Desige mentis huc ocellos! non amici funera

Privi videbis; Sed Ducem, Civem, Patrem.

Qui gerere, obesse nemini, saluti

Esse indigis, sese suosq; nôsse, civibus

Pacem suis vivus dare.

### Epodos VII.

Tali adempto effusis qui Principe

Non fleat, pectusq; plangat; stipitis moveri

Nescij loco meretur nomen ac insensibilis;

Enthei nec Spiritus alumnus est, aurave sobrius

Etheria; progenitus sed scopulis e rigidis Leana

Terribilis pectus habet. Salva sed est adhuc res.

Te, acclamant cuncti, superante

Nobis vita fuit, PATER inclite,

Vita est mors sine te atq; morte pejor.!

### Strophe VIII.

Invicte REX! ecquis Poetas-

-Inter, sagax & Entheum genus, Thalam,

Seu Mantuanam, sive Sidus inclitum Pelasgi

Spektes Poli, numeris decenter impotentiam doloris

Tui exprimat? Quis, ora mille linguis sonantia,

Heliconam vel totum cui DEUS dedit,

Imbres ocellis Regiæ cadentes

Haud aliter ac si JOVA aquas cussset ampliter

Digno efferat Matris metro?

B

Anti-



## Antistrophe VIII.

*Æquus tuum Rhetor, novelle.*

**PRÆSUL**, celebris tota **REGIÆ** propago

**Scirpis**, vel ipse Tullius, vel fulminare visus

*Princeps Pericles-eloqui luctum exprimat? Vestrum Timantess.*

*Vix ingenium ultra-cujus-artem, Plinio teste, extitit,*

*Aptè satis numquid queat depingere*

*Fibris hians stridensq; vulnus imis*

**ELISA** coroli & **HEDVIGIS**, coronæ Cimbricis

**Poli**, atq; *Gemma* Teutoni!

## Epodes VIII.

**Balthici** quid tam profundi gurgites

*Æquoris? quæ vos tenuère quæ mora, quibusve*

*Carcerum detenti faucibus nec ulla squalidi*

*Signa mæroris dedistis, fluctu ab imo vortice excito?*

*At gemitus audiit, ac intuitus lacrymulas tepentes*

*In glaciem frigore adhuc horridulam coactus,*

*Nec mora, deliquit Pater ipse.*

**Varnus**; lacrymulas dedit ilicet,

*Fletusq; alycolis rotavit Albi.*

## Strophe IX.

*Seu pefacta tellus lacrymarum*

*Immensitate DANA, tellus & BRITANNA;*

*Affixa nusquam continenti, sed remota planè*

*Ab orbe nostro, Regias ostro rigentes ac Eois*

*Lapillulis posuere pallas ilicet. Plangoribus*

*Neocopæ resonat atq; luctu despicit*

*Ingente. Querulâ LUCHTEBURGA voce*

*Immagit, in Sidonio nec murice amplius*

*Somno fruisfitur levi.*

## Antistrophe IX.

*Lessum facere non erubescunt*

*Nobiscum Athenæ Balthicæ, non fana vasti*

*Iunice:*



*Junius Suerini columnis ; Hæc pio & verendo  
Antistiti ; suo illa Cancellario. Lugent cathedræ  
Orchestrae & Ara, Principi quondam suæta assurgere.  
Novensiles lugent Patronum Gratiæ,  
Nec ulla pars, ocellulos locorum-  
-Quocunq; flectas, lacrymarum mollium Patris  
In morte Patriæ vacat.*

### Epodos IX.

*Sed nec in cæno Ethnicorum sordido  
Ausonive vivimus Baalis, à salutis-  
Ductitans qui Curione corde simplices jubes  
In salute fluctuare ex hac pie vitâ emigrantium ;  
Hæc sed in Ecclesiâ, verba DEI gnæta quæ receptans  
Non nimium flere fitos præcipit. Hinc ademptos  
Terris lugemus, sed Olympo  
Adscriptos gratamur, ubi sine  
Fini læticiâ fruuntur omni.*

### Strophe X.

*Herois ô potius beati  
Præstantibus factis decoram, nobiliemq;  
Dextram Encheorum dignior Vatum efferat corona  
Vel Mæoni alite Ausonive carminis sublimiore,  
Oram ferox ad Húngarin miles tuâ quæ gesserit  
Virtute fretus, tum, Rodolphus arduo  
Divus premebat quando Christianam  
Rem principatu, quæ Quiritium patent sola  
Quæ Teutonumq; maxima!*

### Antistrophe X.

*Conamur hæc non HILDERICE  
Dicere, Periscelidis nec aureæ brabeon-  
Honoris unum & optimum, quo te JACOBUS olim  
Donare REX BRITANNIÆ, decus, columna Christiani  
Orbis ; nec Urbis sceptrâ Recturæ tibi concredita  
-Phylræq; Juliaq; ; tenues grandia.*

B 2 Inge



Ingenuus insuper pudor, lyræq;  
Potens vetat Carnœna laudes egregi Ducis  
Deterere vitiolo ingent.

### Epodos X.

Nulla linguarum interim fletescere  
Patriæ sp̄i Parentis ausse HULDERICI

Eusebiân; Eusebiân, ceteris virtutibus.

Præcurtem, stellulis sublimibus perinde Phosphorus.

TE, ó quoties audijt hæc, Enthæ Dux! nobiliũ corona.

Ingeminantem sine non leticiã profari?

O JESÛ bone! Erinny's Ibera.

Juppiter & Latius fera & impia

Ut nunc bella tuo movent popello!

### Strophe XI.

Sic Dia me Sancti Iehovæ

Gratia juvabit, ejus & verbum sacratum,

Da vus licet Cocytius, Petrusq; personatus

Pro clave clavã, proq; calamo strinxerit dextrã macheram

In me coruscã; & seva Gens Ibera, CHRISË! sanguinem

Fidelium sciens tuorum, fulmina

Vibret minarum; de meo Tonantis.

-Oracula tamen corculo non cesserint. pie

Luchere, dogma nec tuum.

### Antistrophe XI.

O calculo albo vox notanda!

O vox cedro incidenda! non verò Cedro, sed

Summi Poli tectis! Mihi fingat Lysippus ipse.

Pingatve Zeuxis aut Apelles optimi DUCIS piq;

Iconas; statim HULDERICI imago exstabit ENTHÆ gnêsia.

Qui ergò debinc transis Viator optime

Hoc dædalum PII DUCIS sepulcrum,

Ex intimis deducta fibris corculi pie

Dic verba parvo murmure:

Epo-



## Epodos XI.

*Sumptuosò in hoc Sepulcro & dadalo* Epitaphium

*Eusebas viva mollitèr quiescit Icon,*

*Veritate ab agnitâ semel in veri nescius*

**HILDERICUS, FRIDERICI FILIUS REGIS PII PIUS,**

**CIMBRICI dulce decus sanguinis, &**

**TEUTONICI celebris**

*Gemina Poli; RELIGIONIS solidum labantis*

**Præsidium; Spes, Arx & Asylum,**

*Quos premit exil; Sors acriter*

*Trista, & bene-svada-rarò Egestas.*

## Strophe XII.

*Et hec, TIBI, Livore teste,*

*Sic propria erant superstiti, HILDERICE DIVE,*

*Uc, viva cum sonare & ampliare Laus pararet*

**Ausus ad ora tuos celebriore, mox ad instar-**

*-Talpe orba visu cacule splendore Virtutis tuæ*

*Lauisq; gnate seculis moritur,*

*Honos quoad virtuti erit decorus,*

*Nullis, fiet magè-muta muto pisce reddita,*

*Sub undulis quò victitat.*

## Antistrophe XII.

*Nec enim tuam, HILDERICE! mortem*

*Exuvia hònglam fastidant, claram & decoram,*

*Quas retulisti præ bicipitis Aquilæ honore, ferro*

*cum ad Hungaricam telig; Lunâ cum bicorni dimicares;*

*Nòn arna quondam ignara vinci; non inanes clypei;*

*Nòn insequens lugentium longo ordine*

*Globus phœretum; non lamenta volgi*

B 3

Nòn



*Nōn Civium plandus, Colonorumve lacrymā  
Rufa pio pro Principe;*

### Epodos XII.

*Nōn nigro indutus cucullo cornipes  
Ante pullulum Pheretrum lentiore gressu  
Sese agens cervice dejectā, atq; grandiusculis  
Lacrymā rivi perennis more defluentibus madens;  
Nōn animos eloqvij fulminibus percutiens Pericles  
Egregiā facta Sago, facta togāq; clara  
Laude sonans miraculum-adusq;  
Miraculum ipse futurus in omnibus  
Seclis, si modō erant futura secla;*

### Strophe XIII.

*Nōn aurea distis sepulcri  
Imagines, nec marmori incisus polito  
Ticulus, in hoc victurus, usq; dum futura tandem  
Sua quoq; quamvis sera, vera sed tamen mors marmorillo:  
Sed animus ingens, atq; Virtus hospes angusti larie  
Meritisq; clarum nomen Entheis tuum  
Non indigeus vulgatoris aure,  
Sed emineus suapte Majestate, nescium  
Livore homullam intermori;*

### Antistrophe XIII.

*Adusq; mortem Veritatis  
Defensio suscepta Dix, & assestricis  
Dices JEHOVÆ, & mortis inter horrida tremenda  
Minas animus intrepidus, inq; lytron atq; mortem JEST  
Non-dubia acerbam firmē inherens pectori fiducia  
Dux HULDERICE, Te beatum predicant.  
Susspirijs dum corde ab imo ductis  
Præeunte Mystā pulsitabas atrium Poli  
Jehovam in hunc poscens modum:*

O con-



**O** conditor rerum atq; Rector omnium!  
 Bonitate qui motus merâ terræ pilam,  
 Vastum salum, Polumq; naturæ domum  
 Effabricâsti dædalum; qui mitis es  
 Veniæq; largus, & dolentes crimina,  
 Vitæ peractæ seriò non rejicis:  
 Audi æquus æqua efflagitantem, quæstibus  
 Præbeq; te misellulis placabilem!  
 Lapsus Iuvenæ, mitis & clemens PATER!  
 Remitte, quæso, incautionis-simine  
 In Mortis atræ constitutum libera,  
 Amoena & ad Poli virecta dirige,  
*Opusculum dextra clavo scitum tuæ.*  
 Nec fabricatum negliges; Veracitèr  
 Sed te invocanti præstò eris. In te preces  
 Uno repono. Vota, spes & ultimæ  
 In te feruntur. In tuum fac ultima  
 Nomen sacratum desinant suspiria!  
 Pix Mundus est, homines levi tactu inquinans;  
 Est rete, non sât providos more aucupis  
 Facûl implicans; fieriq; vix quic, legibus  
 Ut qui Orbis hujus victitat, purus quæcat  
 A puridi emigrare mundi sordibus.  
 Ergastulo expetesso nunc corpusculi  
 Dissolvi, & æternis fruisçi gaudijs.  
*Adesto requies æviterna, plurimis*  
 Suspirijs desiderata! vivere  
 Tandem hujus in vitæ beatâ clausulâ  
 Primum auspicator; namq; Mors est janua  
 Vitæ beatæ. Fors meis quæ moribus  
 Quæas negare, non negare quis tuæ  
 Clementiæ, Sortem latronis, seriò,

Serò



Serò licet, Petriq; nec non Magdalis,  
Vitæ studia laudata non desentium.,  
O mitis & clemens PATER, fac auferam.!

**H**Æc tua non fuerunt, DUX ô Celsissime! verba  
Irrita, nec ventis concredita, murmure fusa  
Exiguo, vitæ fragilis sub sine beato;  
Verùm inter gemitus, pia nec non vota precantùm.,  
Illius in dextram, flatu qui immiserat olim,  
Tandem efflâsti animam, sensim & calor ossa reliquit.

### Epodos XIII.

HULDERICE ergo propagis CIMBRICÆ  
Nobilis Pyrope salve! Salve ovantis olim  
Gloriæ ardor; Pulle Martis, Victor ac amabilis;  
Cultor Astræ; Exultantium Pater; Spes certa pauperum;  
Christi adum Religionis solidum præsidium labantis,  
Quæ tibi, Lutheriade, debet originem uni;  
Firmæ vivida palmula Doxæ  
Æternùm salve DUX, inclita.  
HULDERICE DANÆ Domus columna.!

F I N I S.













## Epodos XI.

*Sumptuosò in hoc Sepulcro & dadalo*  
*Eusebas viva molliter quiescit Ico*  
*Veritate ab agnità semel in veri no*  
**HULDERICUS, FRIDERICI FILIUS REGI**  
**CI MBRIACI dulce decus san**  
**TEUTONICI celebr**  
**Gemma Poli; RELIGIONIS solidum la**

**Præsidium; Spes, Arx & Asylum,**  
*Quos premit exil; Sors acriter*  
*Trista, & bene-svada-rarò Egestas.*

## Strophe XII.

*Et hec, TIBI, Livore teste,*  
*Sic propria erant superstiti, HULDERICE DIVE,*  
*Ut, viva cum sonare & ampliare Laus pararet*  
**Aufus ad oreâ tuos celebriore, mox ad instar-**  
*-Talpe orba visu cecule splendore Virtutis tuæ*  
*Lauisq; gnate fecalis morier,*  
**Honos quoad virtuti erit decorus,**  
*Nullis, fiet magè-muta muto pisce reddita,*  
*Sub undulis què victitat.*

## Antistrophe XII.

**Nec enim tuam, HULDERICE! mortem**  
*Exuvia hore tam fatitant, claram & decoram,*  
*Quas rettulisti pro bicipitis Aqvilæ honore, ferro*  
*cum ad Hungaria telisq; Lunâ cum bicorni dimica*  
*Non arma quond in ignara vinci; non inanes clype*  
*Non insequens lugentium longo ordine*  
**Globus phæretum; non lamenta volgi**

B. 3

